

## MERETRICIA PROCACITAS.

**A** D Iomedis verò filia (Illi inquam Thracij Regis infanissimi) libidinis furore famosissima, equis, quæ aduentantes deuorarent, cõparantur, à Poëtis. Vnde ortum prouerbiũ tradunt auctores Græci, *δισμυδῆτα ἀναγκη*. Atq; ita interpres Aristophanis *ἐκκλησιαζῶσαις* interpretatur: quanquã Eustathius hospites à patre solitos interimi, & equis in pabulum apponi tradit, fabulã scilicet secutus, quam à Poëtis fictam vno omnium consensu repererat. Quò verò hæc eo accipi intellectu debere, quæ ex clarissimis autoribus excerpimus, vnicuique magis constat, à peritis vsurpatũ inuenias hippobinon appellari hominẽ, qui sit libidini venereisq; negotiis intemperanter deditus: quod nomẽ ab equi natura deductum, ignorat nemo. Adde quòd hippopotron non ad extremam dicimõ cõtumeliam, cum supremam cuiuspiam nequitiam, & immoderatam lasciuiam exprobramus. In Diuinis quoq; literis dictum in hanc sententiam, insanientes quosdam factos in fœminas, quòd vnusquisq; super vxorẽ proximi sui hinniebat. Equinam vates ille dedit homini vocem, vt equinam in eo petulantiam argueret. Non enim est omnis homo, homo, diceret Adamantius, sed ea quis nequitia præditus homo equus est: vt homo in honore positus, nulla tamẽ præditus sapientia, homo iumentũ est: iumentis enim insipientibus is perquam similis habetur. Et generatio viperarũ, de qua Dominus, homouipera appellari potest. Neq; aliud quippiã hieroglyphicẽ p̄ duplicẽ formã centauri intelligi vult Maximus Tyrius, quã voluptatis vinculum. Quotiescunq; enim accidit, vt ferinæ partes tyrannidẽ in nobis occupent, ardorq; cupiditatis nobilitatẽ animi corripiat, opprimat, seruitioq; addicat suo, propter turpitudinum obsequia homo in belluam vertitur. Ridiculẽ vero faceteq; admodũ Aristophanes, Xenophantis, rusticorũ morum hominem, & furibundum à Nebulis sub Cetauri specie representari dicit. Ipsumq; Chironis nomẽ ex ea significatione, quod & deteriorẽ significat, ioco ansam dedit, cum Centauros duos inter se pugnãtes in tabula pessimẽ pictos Diogenes conspexisset: interrogauit enim, vter eorum Chiron esset, visus de nomine quærere, cum sensu vter peior esset intelligeret. Et quoniã in Diuinis literis, qui turpibus & immundis officiis detinẽtur iumenta sunt, pecoraq; prona & ventri obediẽtia, fornitores Hierosolymitanus Helychius admiffarios equos vocat hieroglyphico admodũ proprio. Idẽ Psal. XXXI. Nolite fieri sicut equus & mulus: quod ita exponunt interpretes, Nolite amore mulierũ furere, sicut infrænes equi. Notum enim est, eos suã ad voluptates nitemperatiam hinnitu subinde prodere, vtpote qui omnino quid bonum, quid malum, quid honestum, quid turpe sit profus ignorãt. Sed enim meretriciam hanc petulantiam à tam multis per equinã imaginis hieroglyphicum indicatã nemo Virgilio melius & plenius exprefsit, vbi Georg. ita canit:

*Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,  
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci  
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ:  
Illas ducit amor trans Gargaræ, transq; sonantem  
Ascanium, superant montes, & flumina tranant,  
Continuoq; auidis vbi subdita flamma medullis,  
Vere magis, quia Vere calor redit ossibus, ille  
Ore omnes versa zephyrum stant rupibus altis,  
Exceptanq; leues auras, & sepe sine vllis*